



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1602

13. De quarta hæreticorum pœna, qua suis dignitatibus, honoribus,
publicis officijs, beneficijs priuati sunt, vel priuari merentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14077

hæretici confiscari queat? questionem mouet; quia Rex superiorem in ciuilibus rebus, & cau-
sus non habet. Alphonſ. Caſtr. lib. 2. d. iuſta heret.
pun. cap. 7. docet, eo ipſo regnum illud ad filium
Regis Catholicum peruenire, perinde ac si Rex
vita funētus eſſet. Quod si filius, & ceteri propin-
quiores consanguinei, hæretici quoque eſſent,
tunc pene Regni proceres, si Catholici eſſent,
fuifet ius, & potestas eligendi, & creandi Re-
gem Catholicum. Si autem illi hæretici etiam
eſſent, ius eligendi ad Romanum Pōtificem per-
tineret. Hanc ſententiam approbat Simancas de
Cathol. iuſtitut. tit. 46. nū. 75. & addit, poſſe tunc Reg-
num illud à Catholicis occupari: idque probat
ex cap. V. ergentie, de heret. ve alio in loco dicam. Mi-
hi certum videtur, poſſe tunc Romanum Ponti-
ficiem, eum Regem per ſententiam regno priua-
re, ne populos ſibi ſubiectos corrumpat, & re-
ligionem Catholicam labefacter, ut ſuo loco
commodius dicam.

Cap. XIII.

De qua rāta hæreticorum pēna, qua ſuis di-
gnitatibus, honoribus, publicis officijs,
& Beneficijs priuati ſunt, vel pri-
uari merentur.

Notandum eſt, c. vlt. de heret. eos omnes, qui
erant hæretico aliquę obligatione obſtri-
cti, iurifurandi, ſue fidelitatis, ſue obſe-
quij, ſue alterius pactionis, & promiſionis, li-
berari. Ibi enim ſic decernitur: absolutoſe no-
nervint à debito fidelitatis domini, & totius obſequij, quicun-
que laſpiſ manifeſtè in hærefim, aliquo pablo quacunque fir-
mitate vallato tenebatur aſtrī. Sic ibi. Vnde filii ſui
iuris efficiuntur, & prouide pater hæreticus non
poteſt pro filio impubere teſtari, nec eum hære-
dem ſubstituere: Catholica vxor hæretico viro
debitum reddere non cogitur, cap. vlt. de heret. cap.
Compelluntur, cap. de illa. de diuort.

Sed illud dubitationem habet, An vxor, qua
reſcēſit à marito ob hærefim eius, cogatur ad il-
lum redire, ſi reſpuerit, hærefi per poenitentiam
omnino depoſita. Glosſa in cap. de illa. de diuort. reſ-
pondet generatim, eſſe cogendam ad reddi-
endum debitum, ſue reſcēſerit iudicio, & ſen-
tencia Ecclesiæ, ſue priuata ſua auſtoritate. Abbas
tamen, & alij doceant eam reuerti debere; ſi pri-
uata auſtoritate diſceſit ab eo, ut dicitur in c. de
illa: non tamen ſi iudicio Ecclesia ſeparata eft, &
in Religionem ingredi velit, cap. vlt. de conuers. con-
iug. Famili etiam & liberti non amplius vlo iu-
re compelluntur ad famulatum ſuo domino
præſtandum. Præterea, custodes arcium, & vaſalli
eximuntur à Sacramento fidelitatis. Si quis
aliquid debet hæretico ratione depoſiti, pigno-
ris, mutui, commodati, vel alterius contractus ad
diem præſcriptum ſoluendum, non poeteſt ei ſolu-
ere, ſed fisco; vel diſferre debet ſolutionē: quia
interdictum nobis eft cum hæretico ſermones,
& commerce confeſſare. Quare ſi quis poena ali-
qua coſtituta obligatur ad aliquid hæretico certa
die ſoluendum, licet præſtituto tempore non
ſoluit, poenam conſtitutam non contrahit, ut
ibi Glos. teſtatur. Simanc. de Cathol. iuſtitut. tit. 46.
num. 73. Alphonſus Caſtr. lib. 2. de iuſta heret. pun. c. 7.

Primo queritur, An huiusmodi poenis hæreti-
cus afficiatur; etiam ſi sit occultus? Dux ſunt opi-
niones. Prima doceteas poenas ſolummodo con-
trahere hæreticum notorium, qui eft manifes-
tus, vel per evidētiā facti, vel per ſententiam iu-
dicis, vel per propriam confeſſionem in iudicio.
Quod probat, quoniam in c. cit. aeo dicitur: aperte ma-
ifeste in hærefim. Secunda opinio teſtatur hæreti-
cum etiam occultum, dummodo probari poſſit
cum in hærefim incidiſſe, dicti poenias affici. Sic
Philippus in eo capite, Ioan. Andr. ait intelligi de
hæretico, cuius hærefis, & probari in iudicio po-
teſt, & coepit probari delata ad iudicium. Alphonſus
Caſtrus, Abbatem ſequutus intelligit, de quo
libet hæretico etiam occulto, ita ut hec hæreti-
cus occultus, eo ipſo, fuorum bonorum dominii
amittit, licet poſſeſſionem retineat; ſic à
die commiſſi criminis incurrit in praedicas po-
nas; quāmuis in iudicio crimen probari debeat,
ut hæreticus ab omni exceptione, & allegatione
repelli in iudicio poſſit. Alij aiunt, nū poſt Cō-
cilium Constantiense praedictas poenas intelligi
tantum de hæretico expreſſim denunciato, aut
notorio Clerici percuſſore: hunc enim ſolum
modo deuitali oportet, ut ſepe iam dixi. Sed di-
cendum exiſtimō omnes obligations, quibus al-
iqui ſunt hæretico obſtricti, ſtatim ceſſare, ita ut
hæreticus ius nō habeat, ſicut nec habet fuorū
bonorum dominium: at poſſeſſionem retinet,
donec crimen iudicis ſententia declaretur.

Secundo queritur, An ſi Caius aliquid Titio
debeat, & Titius in hærefim incurrit, obligari
ad id ſoluendum Titio: an vero potius reddere id
fisco debeat? Abbas, quem ſequitur Alphonſus
Caſtrus, cenſet eum debere id fisco reddere quoniam
hæreticus ob hærefim, fuorū bonorum
dominium amittit: & quia vlt. l. c. Ad legem Italiam
maieſtatis, dicitur: Neque ei debitorum poſte iure ſoluerit.
Sed hoc ideo ſenſit Abbas, quoniam putat hæreti-
cum in foro conſciente iure ipſo compelli ad
ſuabona reddenda fisco. Nos verò, quia ſupra
docuimus, ad id minimè obligari, niſi poſt ſen-
tentiam iudicis, & condenmatiōne criminis
ideo in praēſentia dicimus, debitorum non poſte
hæretico ſoluerit, quando poſt criminis conden-
matiōne fisco hæretici bona vendicabit, ſi quae
enim fisco capienti bona hæretici, debitor nec
poeteſt ea bona demegare, nec celare; ſed ante ſen-
tentiam iudicis, debitorum oportet hæretico
ſoluerit.

Tertio queritur, Quæ ſit quinta hæreticorum
poena? Repondeo, eos omnibus dignitatibus el-
le ipſo iure priuatos, honoribus omnibus, item
Ecclesiasticis beneficijs, ac officijs, & publicis
functionibus, iuxta id, quod habetur in cap. vlt.
commiſſi. S. priuandi, de heret. in 6. vbi ſic dicitur: priu-
di præterea, vel priuatos numeri dignitatibus, ac alij be-
neſicijs Ecclesiasticis, & officijs publicis, ac bonis qui
buscunq; eſt hæreticos. Et colliguntur ex cap. ſi cap. 4.
40. & cap. qui contra pacem. 24. 9. 1. Aduocati, Tabel-
liones, aut Procuratores eſſe non poſſant: nec
publicum aliquod officium acquirere, quia infameſ ſunt, item quia excommunicati: item,
quia ſeſe ab Ecclesia diuiferunt, cap. nū. offiſia.
d. 54. At enim quæſtio eft, quo pacto ſit hac poena
interpretanda; an videlicet in hæretico Presby-
tero

ter maneat potestas consecrandi & conficiendi Eucharistiam? Respondeo ex communis sententia Canonici iuris interpretum, & Theologorum in 4. dist. 13. contra Magistrum Sentent. in 4. dist. 13. & contra Gratianum in c. audiuimus. 24. q. 1. mane re; quia haec potestas est, Ordinis nomine, & institutione Christi vim suam habens, & suum effectum producens, Obijcies. Canones multos esse, qui videntur asservare; nihil huiusmodi potestatis hereticos habere. Respondeo, eos Canones intelligi debere, ita ut non habeant eam potestatis factio scilicet & functione, sive viu de bito, ac iure permisso. nam interdictum est eis, consecrare, & confidere; habent tamen habitu, & potestate.

Quarto queritur, An in heretico sacerdote permaneat potestas faciendi, & offerendi Missa sacrificium pro viuis, & mortuis? Respondeo ex communi omnium Theologorum consensu contra Magistrum in 4. dist. 13. & praecepit ex S. Tho. p. 3. q. 32. art. 7. & 2. 2. q. 39. art. 1. manere; quia vere conferant, & offerunt nomine, & institutione Christi, qui dedit omnibus Presbyteris potestatem conferandi, confidendi, & offerendi corpus Domini pro omnibus viuis, & defunctis; ergo talem eius potestatem Ecclesia non abrogat. Et hoc placet colligetur ex c. Romanus, c. Si qui, c. Si resuraverit, dist. 4.

Obijcies, sacerdotes nomine Ecclesiaz offerre sacrificium: Sed heretici sunt extra Ecclesiam, nec ipsa vult per eos sacrificium, & preces offerre; resergo nihil offerunt. Respondeo cum S. Thomas p. 3. q. 32. art. 7. ad 3. Sacerdotem in Missa, dum orat, loqui nomine Ecclesiaz: sed dum confecrat, loqui nomine Christi, cuius vicem gerit per Ordinis potestatem. Et ideo, inquit S. Thomas, sacerdos ab unitate Ecclesiae precibus si Missam celebret, quia potestatem Ordinis non amittit, confecrat verum corpus, & sanguinem Christi, sed quia est ab unitate Ecclesiae separatus, ratione eius efficaciam non habet. Hac ille. Sacerdotes ergo non solum nomine Ecclesiaz offerre dicuntur; sed Christi etiam nomine, institutione, & auctoritate: & hac ratione Sacerdotes, quamvis heretici, vere offerunt, dummodo Christi, & Ecclesiaz in offerendo formam integrum, & debitam seruent. Obijcies quod habetur in c. Intra Catholicam Ecclesiam, l. q. 1. ex Augustino dicente, extra Ecclesiam Catholicam non esse locum veri sacrificij, & c. in Ecclesia, l. q. 1. ex Leone, qui ait, Alter similes quam in Ecclesia, que corpus Domini est, nec rata sunt sacrificia, nec sacerdotia, & in c. Non oportet, ex Concilio Landiceno, l. q. 1. legitur: Non oportet hereticorum benedictiones accipere, quoniam magis sunt maledictiones, quam benedictiones. Hec & similia, vt dicit S. Thomas, loco citato, intelliguntur in hunc modum: Extra Ecclesiam non recte sacrificium offertur, quia non fructuose offertur. Unde est quidem sacrificium, veritate sacramenti, non veritate frustus. Secundum obijcies, quod habetur in c. Arrianos l. q. 1. ex Innocentio dicente hereticos sacerdotios, aut cuiuslibet alterius munera dignitatem non habere; solum apud ipsos ratione esse Baptisma, respondet S. Thomas p. 3. q. 32. articul. 7. ad 2. ideo huc dixisse Pontificem, quia in extrema necessitate possunt baptisma conferre, non alia Sacraenta.

Quinto queritur, An penes Episcopum inhære-

sunt lapsum maneat potestas Ordinis, quæ est propria Episcoporum, nimirum consecrandi, & conficiendi Chrisma, & duo Sacraenta conferendi, Confirmationem nempe, & Ordinem? Respondeo, manere: quia haec omnia sunt nomine, institutione, & auctoritate Christi: & hinc est, ut Episcopi redeentes ab heresi non iterum ordinentur, c. Convenientibus, l. q. 7. & ij qui sunt ordinati ab Episcopis hereticis seruata forma Ecclesiaz, non iterum ordinantur, c. Ordinationes 9. q. 1. Si obijcias, quod habetur in c. Dabertum, l. q. 7. vbi legimus, Dabertum, qui fuerat a Nezelone heretico ordinatus, iterum ordinari debere, quia Nezelon nihil habuit, eò quod fuerat ab hereticis ordinatus, & proinde nihil dare potuit. Respondeo, fuisse ordinatum non seruata Ecclesiaz forma, & ideo est iterum ordinatus.

Sexto queritur, An potestas Ordinis, qua potest Episcopus multa, quæ sacramentaliter dicuntur, confidere, nimirum consecrare altaria, templorum, sive aras, Ecclesias, & calices, & vestes; & alia huiuscmodi sacrare, maneat in Episcopo heretico? Negant quidam, inter quos videtur esse Alphonius Castrus libro 2. de Iusta hereticis, p. 22. permanere; ed quod hanc potestatem Episcopi habeant acceptam auctoritate Ecclesiaz, quæ eiūmodi sacramentalia instituit: Sed Episcopus hereticus, est extra Ecclesiam, ergo est am potestatem habere non potest. Alij vero affirmant ea ratione adducti, quod Ecclesia vult tantum & functionem tollat, minime autem ius, & potestatem. Ita videtur sentire Glossa in c. Ecclesijs, de confec. dist. 1. vbi docet, Ecclesias ab hereticis confecratas, non esse iterum consecradas, si Episcopi hereticici in consecrandis Ecclesiaz seruauerint, & tenuerint formam, quam seruauit, & tenet Ecclesia: aliqui esse iterum consecrandas, & ita exponit illa capita, Ecclesijs, &c. Ecclesijs, &c. Arianaor, de confec. dist. 1. Et hæc videtur verior opinio. Nam licet huiuscmodi potestatem possit hereticis Ecclesia abrogare, quoniam eam non habent iure diuinis sed auctoritate Ecclesiaz, non tamen eam abrogat Ecclesia.

Septimò queritur, An sacerdos hereticus, item & Episcopus in heresim prolapsum, eo ipso sit omni iurisdictione priuatus: nam si priuatus sic, consequens erit, ut quæ sunt ratione publici munieris, & officij, tum a Presbytero, tum ab Episcopo, non valeant: & proinde peccatorum confessiones, quas parochus presbyter excipit, erunt protinus irritæ, & sententiae, censurae, leges, sive constitutiones, ac poenæ ab Episcopo late, nullius erunt ponderis, ac momenti. Respondeo: quidam distinguentes: Si sit hereticus occultus, valere omnia ea, quæ ratione publici munieris præstat, ac facit sacerdos, & Episcopus: quia non eo ipso, quo incident in heresim, publica administratione, aut munieris functione priuantur, quod attinet ad possessionem, non ad titulum, & ius: sunt enim titulo priuati, possessione non item: Si vero manifestus sit hereticus, quæ facit, inquit, non valent: atque hanc esse communem Canonici iuris Doctorum, & Theologorum sententiam, affirmant; quæ, inquit, ante Concilij Constantiensis tempora ideo locum habebat, quia tunc omnes manifesti heretici, &

notoriè excommunicati vitari debebant. At vero, quia post Concilium Constantiense tantummodo euitandi sunt nominatim, & expressim denunciati, aut notorij Clericorum percufores, ideo dicendum existimat, valere, quæ faciunt heretici Presbyteri, vel Episcopi, nisi sit aliquis eorum, vel manifestus Clerici percursor, vel expressim, aut nominatim denunciatus. Et idem iuris esse dicunt de quolibet alio Ecclesiastico, vel seculari viro publicam administrationem, functionem, vel officium gerente. Non enim i publici magistratus, vel Reipublice administrati hoc ipso, quod in heresim incurserunt, sunt publici officij, & munieris functione, & viu priuatis nam adhuc possessionem habent, & retinent, sed damnato crimen per sententiam Iudicis, administrationem, & officium deponere, & omnise auctoritate publica abdicare coguntur. Ego tamen aliter dicendum puto, nimirum aliud esse, dubitare, An hereticos euitare debeamus, tamquam excommunicatos; aliud vero, An hereticus ob heresim, non quidem internam & mente conceptam, sed ob externam verbo proditam, omni iurisdictione careat. De primo verum est, nos non debere euitare quoslibet hereticos; sed tantum eos, qui sunt nominatim denunciati, vel notorij Clerici percufores. De secundo vero puto hereticos ob heresim exteriorem, iurisdictionem Ecclesiasticam amittere: quia excommunicatus etiam occultus, licet vitari à nobis non debeat iurisdictione tamen caret, ut colligi videtur ex S. Thoma. 2. 2. quest. 39. art. 3. Vnde suspensus est ab officio, & beneficio, & ideo nec ligare, nec absoluere potest. 24. quest. 1. cap. Audiendum: nec beneficium conferre potest cap. Tanta, de concess. preben. nec eligere potest, Glossa in c. Nos. 9. quest. 1. Valent tamen, quæ faciunt heretici, quādū in publico munere, & officio tolerantur, ex cap. Nonne. 8. quest. 4. Silvester verb. excommunicatio 3. verbi. 10. & 11. Voluit enim Ecclesia, ut valerent.

Oftaud quæritur, An Sacerdos hereticus eo ipso Beneficium Ecclesiasticum, Dignitatem, vel Officium amittat, ante omnem Iudicis sententiam, qua eum in crimen incurrisse, declaretur? Respondent quidam cum Simanca Cathol. instit. iii. 46. num. 72. Alphonso Castrensi lib. 2. de iusta heretic. punit. cap. 9. ex Felino, Anchiarano, & Bernardo Diaz, & alijs, quos citant, minimè est priuatum; quare si Canonicus sit, inquietus, & suffragium ferat in eligendo alio, suffragium est carum, & firmum, licet ipse legi nequeat. Alijs vero probabilius videtur, esse ipso iure priuatum, id enim videntur dicere in cap. quo iure diff. S. Geminianus, Præpositus, & Glossa, & in cap. Vi commissi, de heret. in 6. Ioannes, Andreas, & in cap. Inter dilectos, Abbas, & Felinus in cap. 2. de Recrip. Saltem quicquid sit de iure antiquo, iure nouo priuatus est à die commissi criminis. Extat enim Pontificia Constitutio Pij V. qua incipit: Cum ex Apostolatum, ubi statuit, beneficia, quæcumque fuerint, ob delictum heresis vacare, & referuant ea Sedis Apostolice ordinationi. Ita hæc sententia defenditur in Direct. inquisit. 3. par. 13. Schol. 162.

Ceterum mili videtur secunda opinio nihil à prima differre, si vtraque bene intelligatur. Prima enim non negat hereticum à die patrari

criminis esse priuatum iure, & titulo Beneficij, sed non concedit eum possessione carere. & hoc idem dicit secunda sententia: nec enim illud dimittere cogitur, antequam crimen eius, iudicis sententia declaretur. QVAERES, an villus sit momenti abdicatio Beneficij ab heretico, causa alterius ante condemnationem criminis facta? Resp. Si beneficium deponat dimittit a gratia, & causa alterius, ut illi conferatur, vel cum alio commutet, penitus eiūmodi Beneficij abdicatione, aut commutatio rescindetur post heresim condemnationem: quia, ut ante dixi, quarumlibet rerum alienationes ab heretico factæ dissoluntur post criminis damnationem: quia retrotrahitur sententia usque ad diem commissi delicti, quare ante criminis declarationem ita valeat abdicatione, aut permutatio Beneficij, ut rescindatur, & dissoluit queat, & Beneficium auferri ei, cuius gratia hereticus depositus, aut permuteatur. Nam ante iam dixi, quemadmodum hereticus à die patrati sceleris, suorum bonorum dominum amat, possessionem non item, & per declaracionem Iudicis non priuatur dominio, sed declaratur crimen: & declaratione facta, retrotrahitur sententia, & capit fiscus omnia bona à die commissi delicti, & rescindit, ac dissoluit omnes alienationes: sic etiam hereticus ob heresim priuatus est iure, & titulo Beneficij: & cum crimen declaratur, Beneficium ei admittitur, & dissoluit abdicatione, aut permutatio, si quam fecerat à die commissi delicti, & iure novo Beneficium vacans, non nisi Romanus Pontifex conferre potest. Ex dictis perspicitur hereticum esse inhabile multis ex causis ad Dignitates, Beneficia Ecclesiastica, honores, & officia publica, quæcumque tandem sint illa: nam et excommunicatus, & est infamis, est irregularis, est hereticus; & proinde extra Ecclesiam. Quare ei Beneficium, vel officium publicum conferatur, irritum est, quod sit, & fructus, si quos percipit, restituere in foro conscientie debet: nec capax est iuris patronus, nec pensionis Ecclesiasticæ. Scholia festi in Direct. inquisit. quest. 13. par. 3.

Sexta hereticorum pena, est priuatio Ecclesiastice sepulture. Vnde in cap. Quicunque, de heret. statuitur sic: Quicunque Hereticos, Credentes, Receptores, Defensores, vel Fautores eorum sciente presumpserint Ecclesiastice tradere sepulture, nisque ad iustificationem idoneam, excommunicatione sententia se moneri subiaceat: nec absolutions beneficium mereantur, nisi propriis manibus publice extumulent, & proieciant humum corpus damnatorum, & locum ille perpetua careat sepultura. Hec ibi. QVAERES, an Ecclesiastice sepulture priuatio, sit propria hereticorum pena, an omnium excommunicatorum communis? Respondeo, eo capite ante Clementinas editas huicmodi penam specialiter esse in hereticos constitutam, sed postea in Clementina 3. de sepult. interrogata esse omnibus excommunicatis. Ibi enim dicitur, eos, qui propria temeritatis audacia excommunicatos publice, vel nominatim interdictos, scienter sepelire preceperunt, decernimus, ipso fallo, excommunicatione sententia subiaceat: à qua nullatenus absoluantur, nisi prius ad arbitrium Episcopi diaconanti, eis, quibus per præmissa fuerit iniuria irrogata, satisfactionem exhiberent competenter.

Hec ibi. Rogabis secundò, an sufficiat ad hæreticos, vel excommunicatos Ecclesiastica sepultura mandados, si idoneam satisfactionem reddiderint? Resp. minimè nisi eam satisfactionem sequatur iusta, & debita absolutio: qua non solum in foro conscientia, sed in foro etiam exteriori sunt absolti. Nam cum publici, & manifesti hæretici, vel excommunicati fuerint, constare debet eos esse absolutos, ut ad sepulturam Ecclesiasticam admittantur.

Quod autem ibi dicitur, eorum ossa esse è se pulitura effodienda, sive eruenda, intelligitur, quando possint ab aliorum ossibus commodè discerni, ut ait Glossa.

Septima hæreticorum poena est infamia, nam in cap. Excommunicatis. §. Credentes, Receptatores, Defensores, & Fautores hæreticorum excommunicatione afficiuntur: qui si satisfacere ne lex extinxerit annam, ipso iure redundunt infames: ergo ipsi quoque hæretici ob hæresim, cum sit publicum crimen, infamiam contrahunt. Si per concuerteris, an huiusmodi infamiam contrahat hæreticus ante condemnationem criminis, & iudicis sententiam? Castrus lib. 2. de inst. hæret. punit. cap. 9. ait, eam contrahere, quia est ipso iure interrogata. Deinde, quia hæc poena, in priuatione, non autem in actione consistit: sed poenæ, que priuationem tantum, non actionem continent, ipso facto, ante villam Iudicis sententiam contrahuntur. Demum, quia eadem est ratio de infamia poenæ, que de priuatione bonorum: sed hæreticus ante condemnationem criminis amittit iuorum bonorum; dominus ergo pariter in infamia incurrit.

Sed verius est, hæreticum hac poena non affici, nisi post sententiam Iudicis; uā infamia iuriis nunquam contrahitur, nisi post cōdemnationem criminis, vt colligitur ex l. 1. De ijs, qui notantur infamia: id est aperte docent Dynus in ca. Infamias, de reg. iur. in 6. Abb. in cap. Testimonium, de testibus, & cap. exceptio, nempe excepti. Si obijicias, infames esse ipso iure: si quidem infamia est iuris, ergo ipso iure contrahitur. Respondeo, infamiam iuris dici, quia statum vt per Iudicis sententiam crimen est declaratum, reus est infamis: nec enim opus est, vt iudex condemnaret reuam, vt infamem; sed tantum, vt crimen declaret. Sicut bona hæreticorum ipso quidem iure sunt confiscata, sed requiritur iudicis sententia, qua crimen declaretur. Verum animaduertendum est, si crimen hæresis fuerit notoriū per euidentiam facti, hæreticus infamiam etiam contrahit facti, non iuris: infamia facti per contrarium factum aboletur.

Octaua poena hæreticorum continetur in cap. 20. in 6. Ad hec, de hæret. in 6. vbi dicitur: quodcumque viros Ecclesiasticos, qui ad preces huiusmodi personarum (nimur hæreticorum, vel credentium, receptato rum, defensorum, vel fautorum eorum) dignitates, perimitur, & querit, alia Ecclesiastica beneficia sunt ad ipsi ex sacerdotiis, taliter acquisitis, volentes quid tales, & hæretici careat perpetuū, & si receptorū illa sc̄iēter (hoc est, ut Glossa interpretatur, sciēdo) eos, qui preces offendit, est tales) ad alia, vel similia ne quaque in posterum admittantur. Item, filii hæreticorum credentium, Receptatorum, defensorum, & fautorum eorum, vnde ad secundam generationem, ad nullum Ecclesiasticum beneficium, seu officium publicum

admitti possunt. cap. Quicunque. §. Hæretici. de hæret. in 6. Et locum constitutio habet in omnibus filijs, sive legitimis, sive naturalibus tantū, sive spurijs, sive ex adulterio, incestu, aut sacrilegio natis. Anchæ. Archidiac. Ioann. Andr. Francus in c. statutorum 2. de hæret. in 6. Si QVAERA S, an comprehendat nō solum filios, qui nati sunt post quam parentes delictum admiserunt; sed etiam eos, qui ante a geniti, ac hæci fuerant? Resp. omnes comprehendere, ut multorum doctorum testimonij probat Scholastes in Direct. Inquisitorum. p. 3. que. 1. 14. commen. 163. SI ROGES, an sicut ciuiusmodi filij inhabiles redditur ad beneficium Ecclesiasticum, vel officium publicum; sic etiam priventur beneficijs, vel officijs ante obtentis? Resp. nihilim, ut re ētē probat in Directorio inquisitorum loco citato Scholastes: quamuis dicar oppositum docuisse Ioannem, Andr. Geminianum, Henricum, Ananiam, Imolam, Præpositum, quos ille citat.

Quod autem dicitur de filijs vsq; ad secundam generationem in c. Statutum secundum, de hæret. in 6. declaratur, primum, & secundum gradum per linea paternam comprehendere: per maternam verē ad unum tantummodo gradum protendi. Exempli gratia, fingamus Titum fuisse hæreticum, credentem, receptatorem, defensorem, vel fautorem hæretici, & habuisse filium, & filiam: vterque redditus est inhabilis ad officia publica. Quod si filius filium suscepit, ipse quoq; nepos ex filio est effectus inhabilis. Quod si filia filii genuerit, nepos ex filia non est factus inhabilis. Item si fecmina in hæresim incurrevit, & filios gignat, sunt inhabiles filii, sed non ex filijs suscepit nepotes. QVAERES, an filij, & nepotes quorumlibet hæreticorum, Credentium, Receptatorum, Defensorum, vel Fautorum eorum, à publicis officijs, vel beneficijs Ecclesiasticis sint exclusi? Resp. in eodem cap. Statutum, decerni, eam poenam tantum intelligi de filijs, & nepotibus hæreticorum, credentium, & aliorum his similiū, qui tales esse, vel tales etiam deceſſisse probantur; non autem illorum, quos emendatos esse consenserit, & Ecclesiæ reconciliatos. SI ROGES an filij, & nepotes relapsi, qui sine misericordia traduntur curiæ seculari, sed dolent, & resipiscunt, & Catholici vique ad obitum perseverant, afficiantur prædictis poenis? Hæc quæſtionem mouet in Directorio inquisitorum. par. 3. que. 115. Scholastes commen. 164. & refert duas sententias: vnam, quæ negat, quam sequitur Geminian. & alijs, quos ille citat. Alteram, quæ affirmat, quam tenet Ioan. Andr. Francus, Simancas, & zlij, quos ibidem refert, & sequitur: & hæc videtur probabilior, quia relapsi, quamvis per poenitentiam resipiscant, non habent pro reconciliatis, cō quod curiæ seculari traduntur.

Deinde quæres, an huiusmodi, quam diximus, poena afficiantur filii hæreticorum, vel aliorum, quos commemorauimus, qui tales sunt occulē, vel tales occulē deceſſerunt? Respondeo, minimè: quia in eo cap. aperte dicitur: qui tales esse, vel tales etiam deceſſisse probantur. TERTIO ROGABIS, an eam poenam contrahant filii hæreticorum, vel aliorum huiusmodi, qui tales sunt, manifestè per euidentiam facti;

an vero tantummodo eorum, qui sunt tales manifestè per sententiam Iudicis, vel per propriam confessionem in iudicio? Resp. ad eam penam contrahendam sufficere, si sint filii eorum, quos tales esse confiterit, siue per evidentiam facti, siue per sententiam Iudicis, siue per propriam confessionem in iudicio. Item, fatis esse, si eos tales esse manifestum sit in ijs locis, in quibus eos vivere, aut vixisse, constat.

Vltima poena haereticorum, est capitum suppli-
cium. Olim iussu Imperatorum Catholicorum
haereticum pecuniaria multa damnabantur. L. cum-
hi heretici. C. de heret. Item, exilio puniri solebant,
ut pater ex l. Arriani. C. de her. Postea à Theodosio le-
ge condita, priuari coeperunt omnium bonorum
dominio, ut constat ex l. Manicheos. C. de heret. Sicut
ij, qui crimen læse maiestatis admittunt. Deinde,
capite puniri coeperunt l. Arriani. C. de heret. Vnde
gladio alicubi necantur: in Flandria, & alijs inferioris Germanie locis, capitum obtruncatione puni-
nari, testatur Alphonsus Castrus lib. 2. de ijs. heret.
pusit. cap. 12. Alibi ligatis pedibus, & manibus pro-
iiciuntur in flumen, ut absorpi, & aquis obruti
pereant, quo modo in Geldria multos interisse
tradi idem Alphonsus. Per Italianam, Galliam, &
Hispaniam igni exuruntur. Sciscitaberis, an iusta
sit haereticorum poena capitalis? Respondeo, effe
iustam, quamvis Lutherani cam, ut facili litteris
repugnantem reprehendant. Nam Leuit. 20. &
Num. 25. qui ad Magos declinauerat, capitum sup-
plicio plectebantur. Item Leuit. 24. blasphemati:
Deut. 13. falsi prophetæ. Et Greg. l. 1. Dialog. c. 4. scri-
bit, fuisse Basilius quandam Magū, qui tandem
in Urbe Roma exarcente zelo Christiani populi
crematus est. Et Athenienses, quos impie-
tatis damnabant, lapidibus obruebant. Aelia lib.
5. varia historie. Nec mirum est, si tam grauiter in
haereticos animaduertatur, cum adulteratores mo-
netæ, & perduellionis rei, capitum poenam sustine-
ant, l. 1. 2. & 3. de falsa moneta, & l. Quicunque, & l. lege
Cornelia. ff. Ad legem Corneliam, de falsis, & l. Lex. xij. ta-
bularum. ff. Ad legem Iuliam Maiestatis. Obijcies, Chri-
stum Dominum Petro dixisse: Si Ecclesiæ non audie-
rit, si sibi sciat Ethnicæ, & Publicanus. Respondeo, ibi
tantummodo fuisse Christo Domino sermonem
de poena, quam potest Ecclesiæ delinquentibus
irrogare.

Deinde obijcies Christum Matth. 13. in Parabo-
la de zizanijs, & triticu petuis zizania eradicari,
ne simul & triticum euelleretur, & tandem sub-
iecisse: Sinite, aientem, viraque crescere usq; ad messem.
Sed appellatione zizaniorum haereticus intelligitur
secundum Chrysostomum, Hieronymum,
Augustinum, Theophylactum, & Euthymium.
Respondeo, ex parabolis non semper argu-
mentum efficax sum. Præterea, zizaniorum
nomine eos generaliter accipi, qui in
ter triticum, id est, bonos; verbo, exem-
pli, vel facto corrupta semina, id est, prauos
mores, falsaque dogmata spargunt, ac se-
minant. Nec etiam Christus Dominus vetuit
simpliciter eradicari zizania; sed ne tunc eradi-
centur, quando vñacum ipsis triticum sit euelli-
dum.

Item obijcies, fidem spontancam, & volun-

tariam esse debere, & proinde neminem addic-
endum cogi oportere. Respondeo, eos, qui non
quarum nomen Christo dederunt, esse propria-
lunrate ad fidem cōuertendos; qui vero facto ha-
ptismate ablutti fidem & religionem Christi Do-
mini sucepere, iure coguntur id praestare, & ex
oluere, quod promiserunt; quoniam à fide, &
religione suscepta deseruerunt. Obijcies postro-
mò Chrysostomum in Matth. c. 13. assertorem her-
eticos non esse occidendos, sed tolerandos. Eius
enim in parabolâ de tritico, & zizanijs haec sunt
verba: Non prohibet Dominus consolidare hereti-
cum dispare, ora obfruere, libertatem loquendi pre-
dere: Verum prohibet eos inter seire, & tridare Euthy-
mios quoque, & Theophylactus Chrysostomum
securi, aperte inquiunt, non permisisse Donum
haereticos necari. Hieronymus item, & Augustinus
zizaniorum vocabulo, qua non finit Dom-
nus euelli, intelligunt haereticos. ac utrefat
Sulpitius lib. II. Sacra Historia, propositum S. Mat-
tinus apud Treuiros constitutus, aliquid incre-
pabat Ithacium, ut ab accusatione in Præfili-
num, & alios haereticos defisteret, & Maximum
Imperatorem vehementer orabat, ut lingue
haereticorum abstineret, sufficeretque aiebas,
ut Episcopali sententia iudicati Ecclesiæ pelle-
rentur. Et quamdiu Martinus Treuius fuit, dilata
cognitio est: & mox discessurus, ad Maximo spon-
sionem elicit, nihil cruentum in haereticos con-
stituendum. Qui cum postea didicisset senten-
tia iudicium Præcillianum, & alios capite damnatos
fuisse, nolebat sermones, & commercia
habere cum ijs Episcopis, qui Præcillianum &
alios haereticos morte damnandos curaruerat.
Respondeo, Chrysostomum, Euthymium, &
Theophylactum, ut ex eorum in Matthem
commentarij aperte colligitur, id lo-
lum docuisse, haereticos non esse intermedios,
cum inde bella, & cædes hominum,
& Reipublicæ, & pacis perturbatio oriun-
tur: & hoc esse, inquiunt, quod Dominus ius-
fit: Sinit viraque crescere usq; ad messem, &c.
Postquam dixerat: Ne forte colligentes pisanus, eras-
tus, & simili cōtradicibili: De Augustino ingenio faciemur,
cum prius in ea fuisse tententia, ut haereticis nec
panirentur, nec cogarentur: quam tententia
ipse postea mutauit. Sic enim scribit Epist. 43 ad
Vincentium: Mea primis sententias era, neminem al-
vitatatem Christi effigie cogendum, verbo effigendum, &
affatione paginandum, ratione vincendum, ne filios Catholici
haberemus, quos apertos haereticos noveramus. Sed hec op-
tio mea non contradicentibus verbis, sed demonstratione
superabat exemplis. Nam prius multi approbar-
cuerat mea, que cum tota esset, in parte Domini, ad vi-
nitatem Catholicanum timore legamus imperialium consuefatis:
& ita alia male, que mihi nominatis commemorabantur.
Et in Epist. 50, ad Bonifacium Comitem, ita scri-
bit: Verum tamen antequam ista leges (Imperiale licet,
quarum paulo ante meminit,) quibus ad eos
uniuersum sanctum coguntur intrare, in Aprika inveniente,
omnialis fratrilorum videbatur, in quibus & egabant, quan-
quis Donatistarum rabies usqueque seueret, non nisi pos-
sum ab Imperatoriis, ut ipsam haereticum subseruamus non
esse, panam constituiendo eis, qui in illa esse volunt: sed
hoc potius constituerent, ut eorum factio, violentia non pa-
terentur, qui veritatem Catholicanam, vel predicatorum loqua-

de vel legent constituendo. Hæc B. Augustinus.
Ex his intelligitur B. Augustinum primum sensisse: Hereticos poenam, nec esse puniendo, neque cogendos. Postea vero cum legisset Catholicorum Imperatorum leges, quibus Heretici poena pecuniaria, & exilio plecebantur, mutata sententia censuit eas poenas aequissimo iure esse in Hereticos constitutas: sed non esse capitali supplicio Hereticos damnandos, ut seruerent Imperatores, & Principes Catholicos etiam circa indigenos Christianam mansuetudinem: non quod invictam eam poenam existimaret; sed quod ea nondum ab Imperatoribus irrogata esset Hereticis, & quod non videtur lenitati Christiane conguerere quam tamen etiam postea perspexit, & tradidit esse iustum, ut videre est apud Augustinum libro 3. contra Epistolam Parmentiani, capitulo secundo.

Ad illud vero Seueri Sulpitij de S. Martiuo, respondet: tria fuisse, quæ S. Martino minime probabant. Primum, quia nouum, & insolitum erat, ut causam Ecclesiæ, iudex saeculi cognoceret, & iudicaret. Deinde nondum noviter legibus Imperatorum poenam capitulis esse in hereticos constitutam. Demum minimè probabat, quod vulgo ferebatur, Ithacium, & socios accusationem contra Priscillianum, & alios Hereticos persecuti magis vindicata causa, quam Ecclesiæ, & veritatis tuendæ; & quod verosimiliter ex ea damnatione, reipublica Christianæ pax, & tranquillitas perturbanda credebatur. Rogabis, vnde originem traxerit poena, qua Heretici in Christiana Republica igni exuruntur? Hostiensis, Ioan. Andreas, Abbas in cap. Ad abolendam, de Hereticis, docent hanc poenam colligi ex eo, quod Christus Dominus dixit Ioann. 15. Si quis in me non valet, mittetur foras sicut palma, & arces; & colligent eum, & in ignem mittent, & ardor. Sed ibi, nec Dominus loquitur de huius saeculi igne, sed de igne inferorum æterni: nec loquitur tantum de Hereticis; verum de peccatoribus in vniuersum, qui excidentes à gratia, & charitate, in Deo non manent. Quare, hæc poena viu, & more perantiquo primùm est introducta, deinde viu etiam est confirmata, & tandem iure quoque scripto comprobata. Nicephorus certè lib. 18. cap. 4. prodidit, Anatolum quendam vñacum suis popularibus Idola coluisse: & cum Anatoliis socios captos, iudices ostracismo, hoc est, quindecennali, vel decennali exilio puniendo, non iugulando censuerint; plebs Constantinopolitana diuino ardore succensa, eos raptos, & piscatorijs nauibus impositos igni viuos combusserunt. Anatolius vero postea beatus obiectus, & in Crucem actus est: quem deinde è Cruce sublatum, lupi deuorarunt. Gregorius etiam, (ut superiori annotauimus) referit lib. 1. Dialog. cap. 4. Basilius magnum Romanum, zelo Christiani populi exardescente fuisse concrematum. Et Zonaras in vita Alexij conscribit, Basiliū hereticum communī suffragio iudicium fuisse combustum: testantur item autores, Antonin. par. 3. tit. 21. cap. 8. §. 3. Blon. lib. 9. deca. 2. Platin. in vita Clem. 5. Aemil. lib. 8. de gestis Francorum. Templarios ob impian disciplinam

fuisse per Galliam igni exustos. Denique Numerorum cap. 16. in seditione contra Mosen, Core, Dathan, & Abirom, vñacum suis tentorijs, & vniuersa substantia viuos terra deuorauit. Sed & ignis diuinitus immisus ducentos quinquaginta viros, qui ipsorum partes secessati incensum offerebant exsusit: sive coniuncti perire, tanquam Schismatici, qui à suo capite delciuerant. Hac autem poena ignis puniuntur heretici relapsi, pertinaces, & i, quos suæ heresis non penitentia: nā alii omnes heretici Ecclesiæ gremio, recipiunt iuuentia poenitentia salutari.

Cap. XIV.

De Relapsis in heresim.

Primò queritur, quisnam in iure Canonico Relapsus hereticus censetur? *Relapdeo*, ex Archidiacono Andr. Gemin. Ancha. Fraco, & alijs in cap. accusatus, de heretico. in 6. eum, qui postquam heresim publicè coram iudice abiurauit, hoc est, iurecurando damnauit, & execratus est, in eam iterum incurrit. Vnde etiam si millies quis in heresim, à qua per veram cordis poenitentiam recedit, relabatur, Relapsus non habetur, nisi eam heresim coram iudice abiurauerit. Porro de relapsis in heresim agit Simian. de Cathol. instit. iii. 57. Alphon. Cast. lib. 2. de infra heretico punit. c. 2. Zanchi. de heret. cap. 16. Directo inquisito. par. 2. q. 40. 55. 58. & ibidem Schol. i. ast. commen. 83. Si quereres, an qui vnam solūm heresim abiurauit, si postea in aliam diuersam labetur, relapsus habetur. Ioan. Andr. loco citato negat relapsum haber. Archidiaconus vero, quem sequuntur Geminianus, Francus, & alij, sentiunt, cum relapsum esse. Profectò iuxta Etymologian, & proprietatem vocabuli relapsus non est: ut secundum ius relapsus est.

Secundò queritur, An uno modo tantum Relapsus in iure Canonico dicatur? *Respondeo*, ex cap. Accusatus, de Heret. in sexto, Relaplum quatuor modis dici: primò propriè, eum, qui postquam in iudicium vocatus, & ob heresim accusatus, coniunctus eam abiurauit, & deinde rursus in eandem incurrit: Secundò eum, qui coram iudice damnatus, ut vehementer suspectus de heresi, eam abiurauit, in quam iterum labitur. Tertiò, eum, qui certa aliqua heresi infectus, abiurauit coram iudice simpliciter, ac generatio omnem heresim, & postea in aliam longè diuersam incidit. Quarto, eum, qui coram iudice damnatus ob heresim, abiurauit eam, & deinde Hereticos alloquitur, reueretur, iniuriet, se illis adiungit, cum eis commercia, siue consuetudinem habet, eos muneribus afficit, laudat, prædicat, commendat. Hodie qui reuertuntur ab heresi, licet in vnam tantum inciderint, omnem heresim abiurant, ut testatur Simanc. lib. de Cathol. institut. tit. 1. num. 12. Directo. inquisito par. 2. q. 40. Scholio. 65.

Tertiò queritur, An qui damnatus ob vehementem heresi suspicionem, eam abiurauit, & deinde hereticis adhaeret, eos comitatur, & honore prolequitur, Relapsus censetur? *Relapdeo*, eum pro Relapo haberi. Sic Archidiaconus. Ioan. Andreas, Ancharanus, Geminianus, in quæst.

Accu.